

*Berengario Audibert,
scrive a Giovanni Logoteta*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Berengario Audibert,
scrive a Giovanni Logoteta*

1337-01-11

Berengarius Audiberti de Aquis miles, regius cambellanus, consiliarius, et familiaris, ac capitaneus civitatis Rhegii, et a Capite Brutiani usque ad Balneariam inclusive, nobilibus et discretis viros Ioanni de Logutete, magistro iurato, et iudici Bernardo de Prelato, annalibus iudici civitatis Rhegii, amici suis, salutem et dilectionem sinceram.

Nuper a parte regie maiestatis reverenter recepimus litteras eius anulo secreto munitas, subscripte per omnia videlicet. Cupiens itaque predicti rescripti regii debitum certitudinis et executionis effectum, vocati et presentibus prius propterea coram nobis viro magnifico domino Guglielmo Ruffo de Calabria, Sinopolis comite, et Ruggerio Ruffo, eius fratre, qui in turribus civitatis iam dicte domos et alia aedificia ibi construxerunt pro libito occupando, ut ipsis presentibus in curiam coram nobis ad executionem mandati, suadente iustitia, procedamus tam celeriter quam instanter, vobis, ex regia qua fungimur auctoritate, committimus et mandamus quatenus, statim receptis presentibus, predictum dominum comitem Sinopolis ex regia nostra parte peremptorie citetis, ut subito, in predictis regalibus litteris inquantum tangi videbitur ex illis, se exinde, si et in quantum de iure fuerit, defendat. Diem vero citationis vestre forma presentium, coram quibus et quidquid in secretis nobis vestris litteris reserbatis.

Datum Rhegii, die undecimo mensis ianuarii, quinte indictionis predictae.